

factum, nichilominus avanator solvere debeat dictam penam centum libr. par.

Cap. XLV. De matrimoniis absconsse factis.
R. c. a.

- 5 **P**rohibemus quod nullus contrahere debeat absconse cum aliqua muliere matrimonium sine voluntate patris vel matris vel illius sub cuius protectione vel custodia fuerit, et qui contrafecerit componat centum libr. par. comuni sine remissione. ¶ Et qui in tali matrimonio se testem obtulerit aut testis
10 interfuerit, componat comuni libr. centum par. pro quolibet teste. ¶ Et qui tale matrimonium contractaverit sive mediator fuerit, componat libr. quinquaginta par. ¶ Et in discretione domini sit de puniendo a dictis penis inferius tam contrahentem testem quam ¹⁾ tractatorem secundum ¹⁾ qualitatem personarum. ¶ Et
15 qui non habuerit unde solvere ponatur in carceribus comunis, de quibus non exeat donec solverit condempnationem // in 145 B eum factam. ¶ Et nulla persona libera civis Tergesti contrahere possit matrimonium cum aliqua persona serva alicuius persone, que sit extra terram Tergesti, sine licentia domini,
20 sub pena ducentarum libr. par., vel perdendi omnia sua bona, et sit in libertate condempna(n)ti solvere qua[m]cunque ex ipsis duobus penis voluerit.

- Cap. XLV. De mulieribus contrahentibus matrimonium cum forensibus et de dotibus
25 ipsarum.

- Q**uecunque mulier civis Tergesti que matrimonium contraxerit cum aliquo forensi habere possit in dotibus, et possit sibi dari per suum maiorem, in mobili tantum quicquid sibi placuerit, et bona etiam fixa que essent posita extra districtum Tergesti; de bonis vero fixis scitis in civitate Tergesti
30 habere non possit nec sibi dari in dotibus vel alio modo ultra

¹⁾ Aggiunta sul rigo.